

harum duarum directionum est gra. 7. minut. 1. cuius differen-
 tiæ sexta pars est gra. 1. & minut. 10. ferè, quæ multiplicata per
 horas longitudinis significatoris ab angulo reddunt gra. 1. &
 minut. 39. qui gra. & minut. subtrahi debet à directiõe circuli re-
 gionis, qua subtractione facta remanent gra. 20. et minut. 43.
 qui sunt quantitas directionis inter prædicta loca. Et sic ma-
 nifeste apparet ex prædicto exemplo, quod operatio prædicta,
 quam docet Alkabitius non est præcisã, quia ubi non debuerunt
 cadere inter prædicta loca, nisi gra. 20. præcisè reperiuntur gra.
 20. & minut. 43. Sed si dixerimus significatorem prædictum
 ad gra. 21. & minut. 23. prædicti signi Aquarij secundum mo-
 dum Ptolemei & Alkabitij, inueniemus quòd inter duo præ-
 dicta loca cadent de directione gra. 20. præcisè, ergo à loco si-
 gnificatoris dirigendi porueniet directio in fine 20. annorũ pro-
 positorum ad gra. 21. & minut. 23. signi Aquarij præcisè, et nõ
 ad gra. 22. & minut. 11. eiusdem signi, quo tamen ueniebat secũ-
 dum operationem Alkabitij. Quidam uero alij aliomo-
 do dirigunt, non tamen multum differente à secundo modo
 Ptolemæi superius posito. Isti enim accipiunt longitudinem si-
 gnificatoris ab angulo per ascensiões circuli illius anguli, à quo
 accipiunt longitudinem, absq; quòd eam reducãt ad horas sicut
 faciunt præmissi, postea accipiunt directiones duorum circulo-
 rum, uidelicet circuli directi & circuli regionis orientalis uel oc-
 cidentalis, secũdũ q; significator dirigendus fuerit in medietate
 oriẽtali uel in medietate occidentali, sicut faciunt præmissi ope-
 rantes p; gradus significatoris dirigendi & p; gradus planetæ et
 stellæ ad quem uolunt dirigere, aut per gra. cum quo uterq;
 uel alter eorum mediat cœlum uel abyssum, aut per gradum, cũ
 quo uterq;, uel alter eorum oritur uel occidit secundum quod
 expedit. Deinde differentiam, quæ est inter prædictas duas dire-
 ctiones multiplicant per longitudinem significatoris dirigendi
 ab angulo, & quod inde producitur, diuidũt p; medietatã arcus
 diurni gradus significatoris si ipse significator fuerit sup terrã, p;
 medietatẽ uero arcus nocturni si fuerit sub terra, quod uero ex